

citus Damiate speratum habuerit hac estate succursum, terram Egipti divino preeunte auxilio facile occupabit, cum Sarracenorum vires, quas ad eam defendendam undique congregabant, pro tutandis terre sue lateribus oporteat disgregari. Ideoque fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus cruce signatos Treverensis provincie exhortemini ad exequenda celeriter vota sua, et si necesse fuerit, compellatis; alios quoque ad subventionem prefati exercitus studeatis sedulis exhortationibus animare. Eos autem, qui transibunt ad exercitus predicti succursum, curetis sollicitè premonere, ut equos quanto plures potuerint transvehere non omittant, cum et dextrariorum et aliarum equitaturarum, sine quarum amminiculo exercitus proficisci non potest, grandis penuria sit ibidem, nec venales in illis partibus valeant inveniri. Datum Laterani, .III. Idus Martii, pontificatus nostri anno .V.

II.

Auch das zweite Document hat das Interesse, uns den vollen Wortlaut eines Briefes zu gewähren, den wir bisher nur aus Excerpten kannten. Im Uebrigen ist es wesentlich nur eine neue Abschrift eines schon bekannten Stückes, des von mir als 'dritte Charta' nach einer Handschrift der Stiftsbibliothek zu St. Florian herausgegebenen Berichtes. Eine neue Ueberlieferung ist aber wegen der vielen meist so sehr entstellten Städte- und Ländernamen hier ganz besonders erwünscht. Beachtenswerth ist übrigens die leidliche Uebereinstimmung der neuen, den Rheingegenden angehörenden Ueberlieferung mit der des österreichischen Klosters. Ich habe auch im nachstehenden Abdruck zur Erleichterung der Orientirung die Paragraphenzählung angenommen, die ich bei der zweiten und dritten Charta durchgeführt habe. Die Namenschiffren auszufüllen, reichte das mir zu Gebote stehende historische Material nicht aus.

Schreiben aus Aegypten über den Zug des Königs David (sonst auch Priester Johann genannt) aus dem Innern Asiens zur Hülfe der Eroberung des h. Landes; s. d. (1221.)

Dilectissimis dominis et amicis suis, E. decano et H. scolastico ecclesie Monasteriensis, devoti sui W. et R. sue possibilitatis obsequium. Significamus dilectioni vestre, quod apud urbem Damiatam sani et incolumes rebus et corporibus, de quo vobis congaudere non dubitamus¹⁾, consistimus. 1. Preterea vestram latere nolumus discretionem, quod secundum veros rumores quidam rex, David nomine, Jerosoli-

1) nobis — dubitabitis? oder vos nobis?